

# Neues Archiv

der

**Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde**

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe  
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

---

**Zweiunddreissigster Band.**



**Hannover und Leipzig.  
Hahn'sche Buchhandlung.  
1907.**

XIV.

Verse auf Papst Innocenz IV.  
und Kaiser Friedrich II.

Von

**Jakob Werner.**

In der Hs. D. IV. 4.<sup>1</sup> der Basler Universitätsbibliothek bilden die 6 Doppelblätter fol. 51—62 eine Hs. für sich: Höhe 24,5; Breite 18 cm; Liniatur 19 × 12,5 cm. Sie wurde gegen das Ende des 13. Jh. in zwei Kolumnen zu 49 Versen mit ziemlich vielen Abkürzungen geschrieben; mit fol. 57 beginnt ein etwas feinerer Duktus, der aber bald wieder der Schrift auf den vorhergehenden Blättern gleich wird, so dass mit Ausnahme der Zusätze am Schluss von fol. 62 das ganze Heft vom gleichen Schreiber herrührt. Anfang der Stücke und Hauptabschnitte werden abwechselnd durch blaue und rote Initialen bezeichnet; Ueberschriften fehlen.

1) fol. 51<sup>r</sup> II<sup>11</sup> — 51<sup>v</sup> II<sup>4</sup>:

Cur ultra studeam probus esse probusque videri

151 Verse. Schluss: . . . mendicant garrulitate.

Flacius Illyricus benutzte diese Hs. zu seiner Ausgabe in den *Varia doctorum* . . . poemata p. 349. Sie bietet vielfach einen bessern Text als die Zürcherhs. C 58<sup>2</sup> z. B.: 4 'delirus', 24 'conpluerent', 57 'Hinc hodie baculus'.

2) fol. 51<sup>v</sup> II<sup>6</sup> — 52<sup>r</sup> II<sup>28</sup>:

Annos plurales (lies: complures) fuerant iuncti duo fures

121 Verse. Schluss: . . . noscunt bene fures.

Schwank vom Bauer, der einer Räuberbande den gestohlenen Schinken wieder abjagt.

3) fol. 52<sup>r</sup> II<sup>31</sup> — 56<sup>v</sup> II<sup>28</sup>:

Cartula nostra tibi mandat, dilecte, salutem

878 Verse. Schluss: . . . gaudia fine carebunt.

Explicit liber contemptus mundi.

Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste.

Der Rest der Seite (21 Zeilen) ist leer.

Teilweise gedruckt unter den Werken des Bernhard von Clairvaux in Migne, *Patrol. Lat.* CLXXXIV, 1307 ff.

---

1) Für den Hinweis auf diese Hs., wie für manche Bemerkung im folgenden, bin ich Herrn Prof. Holder-Egger zu aufrichtigem Dank verpflichtet. 2) Werner, Beiträge z. Kunde der lat. Lit. des M.-A. S. 139—141.

Hauréau (Des poèmes Latins attribués à Saint Bernard (1890) p. 1—24) hat sich bemüht, den verschiedenartigen satzenreichen Inhalt dieses 'pot pourri' zu untersuchen, die einzelnen Stücke und Sentenzen zu sondern und wö möglich auf ihre Verfasser zurückzuführen oder sie in anderen Hss. nachzuweisen.

4) fol. 57<sup>r</sup><sup>11</sup> — 58<sup>v</sup><sup>117</sup>:

Innocentius Fridericus  
oben auf der Seite, doch fast ganz abgeschnitten.

Flos mundi! decus atque pater! moderamine tuto  
Te peto, te colo, te flagro, te voco, canto, saluto.

Iure favet fronesis patri tam clementi,  
Notat quem synderesis<sup>1</sup> tytulo fulgenti;  
5 Nominis discretio prebet spem gementi:  
Omen das terrigenis, pater Innocenti!

Corde carens carie carmina cunctare<sup>2</sup>  
Erus eris elegans<sup>3</sup>, dyogenizare  
Nota meque dubium statum declarare:  
10 Cleri tu presidium<sup>4</sup>, speculum solare,  
Iuris stola, pravium<sup>5</sup> fidei preclare,  
Via vite, vivito felix, prosperare!  
Sydus sincerum modulamen suscipe verum!

Olim flere Pergama studio sagaci  
15 Quique, quamvis grandia mente perspicaci  
Scripta nacti cudere stilo sint fallaci,  
Nobis stant pro dogmate tamen hec veraci;

Removent contagia scelerum preclare  
Poetarum dogmata: quisque indagare  
20 Mentis exercicio<sup>6</sup> cupit hoc probare;  
Poterit et vicia per hec propulsare.  
Scit assertor publicus pectora levare<sup>7</sup>,  
Si suppressa viciis sint, et hilarare;  
Isque methaphorice monimenta dare  
25 Scelerum; Pythagoras quoque figurare  
Yota cupit bivium, quo cursores stare

1) So Chron. rhythm. v. 540; 'syadieresis' Hs. 2) 'cuuctare' Hs.  
3) 'elegēnis', d. h. 'elegenis' zu 'elegans' korr. Hs. 4) 'psidiim' 5) So  
für 'bravium' Hs. 6) 'exercicie' Hs. 7) Vgl. Ovid. Remed. am. 73:  
'Publicus assertor dominis suppressa leuabo | Pectora'.

- Possumus et bravio vite proximare.  
 Sic Damete pocula<sup>1</sup> Tytirusque clare  
 Prebent exercicium, docent duellare  
 30 Ac virtute vicium quodque subplantare;  
 Agros in Georicis colens aggregare  
 Messem scit triticeam<sup>2</sup> falceque secare,  
 Sollers quoque lolii culmos explantare.
- Agri legis steriles iam si colerentur,  
 35 Manipuli finaliter lete tollerentur;  
 Gete<sup>3</sup> iam ridiculo plures edocentur,  
 Vanitates hauriunt<sup>4</sup>, varie mulcentur.  
 Pedetemptim scrupuli lectis percunctentur:  
 Si transcurso legitur, lecta non tenentur,  
 40 Scriptis cum satyricis quique delectentur,  
 Laudo, si misterium scripti perscrutentur,  
 Primis exercicia voluntati dentur,  
 Si qui latent scopuli, mente propulsentur!
- Nam, ut massam modicum corrumpit fermentum<sup>5</sup>,  
 45 Nectit conscientiam vicii fomentum;  
 Ingratos erudiens sulcat — credo — ventum;  
 Modernis est unicum cunctis molimentum  
 Venter edax, lubricum<sup>6</sup> quodque lyramentum,  
 Rancor, fraus, invidia, dolus et figmentum.
- 50 Fraus, simultas, heresis iam se dilatavit,  
 Ramos in ecclesia spine pullulavit;  
 Iuno<sup>7</sup> gazas farciens ramos ampliavit;  
 Discolis ecclesias hic dilapidavit,  
 Erumpnoso<sup>8</sup> stipite probra cumulavit  
 55 Radix, virus siciens, quod et propinavit;  
 Iura nam katholice cassa reputavit;  
 Codex astrolabicus nares perforavit<sup>9</sup>,  
 Ut capaces fierent circuli; frustravit  
 Sese laudum<sup>10</sup> titulis; cultos cruentavit

1) Cf. Verg. Ecl. III, 44 sqq. 2) Vgl. Verg. Georg. I, 219: 'si triticeam in messem . . . exercebis humum'. 3) Gemeint ist wohl des Vitalis Bles. Geta comoedia. 4) Vgl. 'ne vanitates hauriat' in dem Hymnus 'Iam lucis orto sidere'. 5) Vgl. 1. Cor. 5, 6: 'modicum fermentum totam massam corrumpit'. 6) 'edax molubricum' Hs., doch 'mo' gestrichen. 7) So haben auch beide Hss. des Chron. rhythm. v. 552, was Wattenbach in 'Immo' änderte. 8) 'Erumpnoso' Hs. 9) Vgl. Iob 40, 19: 'in sudibus perforabit nares eius'; ibid. 40, 21: 'pones circulum in naribus eius'; s. auch Is. 37, 29; Prov. 11, 22. 10) 'laudunt' zu 'laudum' korr. Hs.

- 60 Ficto pacis federe, pro quo conquassatur.  
 Scopulus acumine gravi comminatur<sup>1</sup>,  
 Navem Petri<sup>2</sup> subruat sed hec instauratur,  
 Syrtis cum discrimine<sup>3</sup> navis ventilatur,  
 Diuturnis ictibus Petrus fatigatur,  
 65 Ut Susanna crimine falso spoliatur;  
 Danielis spiritus ille suscitator  
 Atque Iude filie pius liberator  
 Suscitavit spiritum Iude nunc salvator  
 Contra semen Chanaan<sup>4</sup>, Christus miserator<sup>5</sup>  
 70 Prodit Innocencium, qui sit instaurator  
 et lugentis filie Syon<sup>6</sup> reformator.  
 Degens velud Escines volo describatur  
 Rei geste series: sensus hebetatur,  
 Gens et generatio lugubris rimatur;  
 75 Bestia Democrito maior sinuatur  
 Tartarus, quo fidei nomen inpugnatur.  
 Anno quadragesimo Christi prenotatur  
 Ducentis millesimus, quo depopulatur  
 Polonus, et Ungarus tunc exterminatur,  
 80 Esse papa desiit et sol obscuratur<sup>7</sup>  
 Ex objectu corporis. Ut necesse datur,  
 Hiis adventus iudicis magni portentatur;  
 Inminet minaciter, hoc manifestatur:  
 Palmes aret vinee, vitis aspernatur,  
 85 Inmutatur tytilus, iam lex non zelatur.  
 Quare? quia capitis robur occultatur:  
 Cetus malignantium per hoc gloriatur.  
 Pastor cum subducitur, Arrius letatur,  
 Plathearum capite Lucas adtrectatur,  
 90 Clerus venerabilis dire subsannatur.  
 Post hec anno tercio papa subrogatur  
 Quartus Innocencius, legem qui zelatur.  
 Quis sit codex nescio, de quo propagatur  
 Nomen Innocentius, in quo lex novatur.

1) 'cominatur', o aus u corr., n ist undeutlich, Hs. 2) 'Navem brevi Petri' Hs., doch 'brevi' durchstrichen. 3) 'discrime' Hs. 4) Dan. 13, 45: 'suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri . . . , cuius nomen Daniel'; ib. v. 56: 'Semen Chanaan et non Iuda'; v. 57: 'filia Iuda'. 5) 'xpc liberator miserator', aber 'liberator' durchstrichen Hs. 6) filia Syon = ecclesia. 7) Der Einfall der Tartaren in Polen und Ungarn, von dem hier die Rede ist, fand 1241 statt. In demselben Jahr (Aug. 21) starb Papst Gregor IX., bald darauf (Nov. 10) Coelestin IV., die hier erwähnte totale Sonnenfinsternis war am 6. Okt. 1241; vgl. z. B. N A. XXI, 526.

- 95 Patres huius nominis sunt canonizati,  
 Viris apostolicis longe prerogati,  
 Excellenter gloria celi coronati.  
 Nomen hoc laudabile, nomen magestati  
 Congruens, quo nomini viles sunt magnati,  
 100 Humiles innocui stercore levati<sup>1</sup>,  
 Fastu vero turgidi sunt humiliati.

- Primus Innocentius stola iuris<sup>2</sup> datur,  
 Et ob hoc in patria lucis collocatur.  
 Alter Innocencius celis coronatur,  
 105 Meritis et nomine primo coequatur.  
 Tercius Innocencius gestis declaratur,  
 Scriptis nichilominus<sup>3</sup> hic magnificatur:  
 Reges hic humilians primis prerogatur,  
 Tandem post curricula mundi celo<sup>4</sup> datur.

- 110 Quartus Innocencius gradus transit horum:  
 Circulum de naribus traxit hic magnorum,  
 Artes et fallacias vacuavit quorum,  
 Fulcimentum scismatis<sup>5</sup>, bases profanorum  
 Extirpabit funditus; spes desperatorum,  
 115 Mentis huc convertite: sic exemplar morum  
 Spargens dat pauperibus, fons est hic honorum,  
 Cuius stet iusticia fine seculorum.

- Dominus si diligit hylarem datorem<sup>6</sup>,  
 Cuius libri series<sup>7</sup> fert hylariorem?  
 120 Successores censeam Petri, dans honorem  
 Viris probatissimis: quarto clariorem  
 Numquid Innocentio sive forciozem,  
 Talemve reperiam, pagine tenorem

- Sacre si revolvero? cuncti nil dedere  
 125 – Respective dixerim – gratis et non ere.  
 Personis ecclesias illustrando vere,  
 Constans<sup>8</sup>, laudabiliter docens abolere  
 Modos symoniacos, quibus viluere  
 – Proh dolor – ecclesie, patres, qui sincere

- 130 Donativis studeant metas observare  
 Patris Innocentii, parvos relevare,

1) Vgl. Ps. 112, 7; 1. Reg. 2, 8. 2) 'uiris' Hs. 3) 'nichom<sup>9</sup>' Hs.  
 4) 'd celo', 'd' durch Punkt getilgt Hs. 5) 'cismatis' Hs. 6) Vgl.  
 2. Cor. 9, 7: 'hylarem enim datorem diligit deus'. 7) 'sories' Hs.  
 8) 'Const<sup>9</sup>' Hs.

- Pauperesque spiritu      velint confortare,  
 In mandatis domini      pacienter stare,  
 Opera sermonibus      studens coequare,  
 135 Non que sua queritans,      sed que sunt amare<sup>1</sup>  
 Iesu Christi, sedulus      emulator datur  
 Patris Innocentii      veraxque signatur;  
 Confidenter creditur      cleroque speratur:  
 Hoc patrono tytilus      cleri resumatur,  
 140 Pridem qui pro casibus      et iam confuscat;  
 Utinam tyrannide      clerus exuatur,  
 Laicorum calcibus      diu qui vexatur  
 Atque suis questibus      — proh pudor — frustratur:  
 Onager venatio      sic leoni datur<sup>2</sup>,  
 145 Clericus cum militi      rite subiugatur.  
 Hinc<sup>3</sup> uterque cespitat      in hac mundi nocte,  
 Hinc mens cleri conscia<sup>4</sup>      meditando docte  
 Postulet presidium;      non acerbet hoc te,  
 Lector, quisquis fueris,      mastica<sup>5</sup> sed cocte.  
 150 Hoc quod Iabes Galaat      Amanites fatur,  
 — Regum fert hystoria<sup>6</sup> —      dextrum quod minatur  
 Eruat ut oculum;      nobis quo signatur  
 Affectus iusticie,      sinistro notatur  
 Intellectus utique,      quem nos possidemus.  
 155 Dextro prorsus êruto,      cuius et egemus,  
 Mentis hinc antydotum      nobis advocemus,  
 Fidei colirio      dextrumque curemus  
 Oculum, cum galea      gladium salutis  
 Adsumamus, denique      clypeum virtutis,  
 160 Sitque colluctatio      viciis confûtis  
 Firmamento fidei      Christi sic inbutis.  
 Nostris si sic viciis      ictus invibretur,  
 Celeri cocterio      plebsque castigetur  
 Christiana, Galaad      emina rogetur,  
 165 Et resine modicum      stactisque donetur<sup>7</sup>  
 Viro, mens hoc ysopo      si sic renovetur;  
 Inter cleros medios      si sopori detur

1) Philipp. 2, 21: 'Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae sunt Iesu Christi'; 1. Cor. 13, 5: 'non quaerit quae sua sunt'. 2) Eceli. 13, 23: 'Venatio leonis onager in eremo'. 3) 'Hunc' Hs. 4) 'consciâ' Hs. 5) Ob 'martica' oder 'mastica', ist unsicher. 6) 1. Reg. 11, 2: 'eruat omnia vestrum oculos dextros'. 7) Vgl. Gen. 37, 25: 'viatores venire de Galaad et camelos eorum portantes aromata et resinam et stacten'.

- Argentata pennula      colunbe pallore  
 Auri, mox albedine      Selmon in nitore <sup>1</sup>  
 170 Clerus venerabilis      stabit cum decore.  
 Dire lector! noveris      stabili tenore:  
 Si sit ducis ducere      recte vel sincere,  
 Facere pontificis      si sit pontem vere,  
 Non est dux vel pontifex      veritatis mere:  
 175 Veneunt altaria,      sacrum datur ere;  
 Lepram Syri presules      hodie mercantur <sup>2</sup>,  
 Qua prelati nobiles      seve maculantur:  
 Quod habenti dabitur <sup>3</sup>,      litteram sectantur,  
 Non habenti spoliū      prorsus conminantur.  
 180 Usus et translatio      de proprietate  
 Distant: ergo iudices,      perspicuitate <sup>4</sup>  
 Littere si polleant      et diversitate,  
 Paleam cum tritico      ponent segregate <sup>5</sup>.  
 Si non ceci complices      ruent simul moti,  
 185 Nulla stat curatio      morbi, nisi moti  
 Qualitatis species      noscant, atque toti  
 Suo queque <sup>6</sup> congruant      partes <sup>7</sup>, sue doti  
 Ex non non dissenciant,      ne sint ut sus loti <sup>8</sup>,  
 Cum pressura similis      plebs sit sacerdoti.  
 190 Querelarum strennuus      iam determinator  
 Cunctis instat — credite —      durus tribulator  
 Terre, fert Ezechiel <sup>9</sup>;      Ogog habitator  
 Umbilici fieri      volet, sed vastator  
 Montibus Iherusalem      atroxque vorator  
 195 Surget et predabitur      fortis hic predator.  
 Hunc plerique nausiant      temporis instantis,  
 Si, quod ego, saperent,      virga tribulantis  
 Nosco manus, digitos,      quippe plagam <sup>10</sup> dantis,  
 Affuturum crederent,      nempe iam bellantis.  
 200 Dura me captivitas      circumseptum <sup>11</sup> dedit  
 Trium fere mensium:      tempus non obedit,

1) 'in nitare' Hs.; vgl. Psalm. 67, 14 f.: 'Si dormiatis inter medios cleros pennae columbae deargentatae et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit caelestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon'.  
 2) Vgl. 4. Reg. 5, 14 ff.      3) Vgl. Math. 25, 29: 'Omni enim habenti dabitur'.      4) 'perspecuitate' Hs.      5) Cf. Math. 3, 12.      6) 'quique' Hs.  
 7) 'patres' Hs. Cf. Innocentii III. epist., Decr. Gregorii IX. l. IV, tit. 4, c. 5: 'Ne vero turpis sit pars, quae suo non congruit universo'.      8) 'loci' Hs. Cf. 2. Petr. 2, 22.      9) 'Ezechiel' Hs.; vgl. Ezech. 38, 12. 16 ff.  
 10) 'plaga' Hs.      11) 'circumspectum' Hs.

Passa si perstrinxero,      qualitasque ledit  
Ysmahelis filios;      hec, qui sapit, credit.

Christianos funditus      volens extirpare  
205 Sitit generaliter      Machmet<sup>1</sup> iugulare,  
Contra manus omnium      dire disceptare  
Nititur, nec aliud      quam tartarizare  
Querit, et precipiter      nos exterminare.  
Hinc hunc manus omnium      debent obpugnare;  
210 Deus enim verax est;      quisquis sis, cunctare  
Sciens, quod realius      possem demonstrare

Ysmahalem Tartarum;      sed ydemptitatur  
Marcetque fastidio,      narrans subsannatur.  
Igitur fastidii      nausium tollatur,  
215 Tartari memoria      terra deleatur!  
Matris nam ecclesie      patrem mens cunctatur,  
Cuius in memoria      mire tranquillatur  
Remus hic; navicule      Petri commodatur  
Anchora, qua naufragi      spes consolidatur.  
220 Hic in mundi stadio      bravium notatur,  
In quo multi cursitant,      unus sed dotatur.

Pater! caput exere!      surge! fluitamus<sup>2</sup>;  
Ad te asylum pauperes      Hungari spiramus,  
Nocuos industria      nosmet clamitamus,  
225 Tui patrocínio      nos indignos damus,  
Cordis innocenciam      tuique signamus,  
Nominis pro nomine      quodque disputamus  
Hoc indignum nomine      mundum reputamus;  
Innocenti! patere,      pater, quod scribamus  
230 Rudi stilo satyram,      quam metrificamus;  
Si dignatus iubeas,      que vis hiis addamus.

Iam probantur plurimi      cleri corrosores  
Et, ut culpas adgravent,      falsi proditores.  
Quedam vera – proh dolor –      ferunt hii censores,  
235 In hec verba lubricum<sup>3</sup>      lingue solutores:

Cleri generositas      probra cumulavit,  
Derogat iusticie,      sic degeneravit:  
Vina, ludos, aleas<sup>4</sup>      clerus ructuavit;  
Clero stat ebrietas,      venus clero favit;

---

1) 'machinet' Hs.      2) Vgl. Marc. 4, 37 ff.; Math. 8, 23 ff.; Luc. 8, 22 ff.      3) Vielleicht 'lubrice' zu ändern.      4) 'alea' Hs.

- 240 Clerus agit perperam<sup>1</sup>, laude se frustravit  
Et de scripto nominis sese viduavit.  
Virtus et industria cleri sincopatur,  
Sitis et superbia clero dominatur;  
Dolis et invidia sic reciprocatur,  
245 Quod in arrogantia quisque gloriatur.  
Musa! fer de monachis, quos scis monstruosos:  
Preciosus habitus monstrat hos probrosos,  
Vite dissimilitas prorsus odiosos  
Reddit et — quam deceat — contumeliosos.
- 250 Iacobitas ammodo scribere conantur,  
Quos in messem domini missos memorantur<sup>2</sup>;  
Dissidentes ammodo clero detestantur;  
Detractores suimet hos argumentantur;  
Clerum solo nomine dici protestantur,  
255 Et hoc fit, si genere clerum percunctantur.  
Genus Aristotilis speciei datum  
Respice; tunc senties esse sceleratum,  
Species si deroget generi, probatum  
Generi quod species et argumentatum  
260 Est, refertur; hinc sciat detractor, fedatum  
Cleri se, sic proprium defleat reatum.  
Franciscus, Dominicus, lumen mundi dati,  
Quamvis sint in dogmate diversificati,  
Stant unius bravii<sup>3</sup> capaces pacati  
265 Et augmento meriti mundo sublimati;  
Quique nudis pedibus, quique calciati  
Successores militant<sup>4</sup>, plerique beati,  
Nec non arrogantia quidam [sunt<sup>5</sup>] inflati,  
Discurrentes lampadis lumine frustrati<sup>6</sup>.
- 270 Hii sunt terre baculi, graves ad videndum  
Oculorum scrupuli, missi nos docendum  
Tragedias, nenias; vileque dempnendum,  
Et, cum dies mali sint, tempus redimendum.  
Hii sunt legis sanctio<sup>7</sup> vere qualitate,  
275 Simus cum privatio nos alteritate.

---

1) 'perpetram' Hs. 2) Vgl. Luc. 10, 2. Iacobite sind die Dominikaner; vgl. Chron. rhythm. v. 376 sq. 3) 'bravi' Hs. 4) 'militant' Hs. 5) 'sunt' fehlt, ohne Angabe einer Lücke. 6) Cf. Math. 25, 1—12. 7) 'sacio' Hs.

Hiis festucam carpinus non cum modestate.  
Quare? nam desipimus trabis gravitate<sup>1</sup>.

Efficit corruptio gravansque natura  
Carnis atque trabea bases ruitura,  
280 Quod simultas, odium, falsitas est cura;  
Dolus et ypocrisis animas lesura,  
Multiplex calamitas instat corrosura<sup>2</sup>  
Tabescentes animos; tabent<sup>3</sup> carnis iura.  
In conspectu domini sordet creatura;  
285 Elementa discrepant, chaos quadratura  
Virtutis essentiam pravat lege dura,  
Sanguis tangit sanguinem. Christe Iesu! cura,

Nos perplexos viciis culpis enodare,  
Ventos, mare concitum velis tranquillare,  
290 Navem quoque fluctibus pressam respirare  
Iubeas et venie portus nos meare.  
Surge! Petrus mergitur<sup>4</sup>, salva nos: perimus<sup>5</sup>;  
Inpera! iam premimur et in preceps imus.  
Recole, funiculus tuus quod nos simus.  
295 Laicorum pedibus sterni nos sentimus,  
Relevamen gratie tue iam sitimus!  
Rete Petri scinditur<sup>6</sup>: sumus fex et fimus.

Querelarum fuerat terminator datus,  
Hic ad dei placitum placens est sublatus  
300 Langravus Duringie. Christe! miseratus  
Profanorum deprime fastus et conatus  
Friderici subrue, frange potentatus,  
Fletibus ecclesie sis propiciatus!

Et, ne Petrus fluctuet, scopulos planare  
305 Velis et navicule fluctus mitigare,  
Tartarum, Stopharium<sup>7</sup> simul morti dare  
Et ab hiis ecclesiam pressam liberare.  
Ut incepta placide possit consummare  
Pastor Innocentius, Christe! tu dignare,  
310 Et scissuras recium queat instaurare<sup>8</sup>,  
Hunc cum grege credito pius confortare!

---

1) Vgl. Luc. 6, 42: 'eciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videns' etc. 2) 'corosura' Hs. 3) 'thabent' Hs.  
4) Vgl. Math. 14, 29—31. 5) Vgl. Math. 8, 25 f. 6) Vgl. Luc. 5, 6. 7) 's. Fridericum' als Erklärung über 'stopharium' Hs. 8) V. 310 ist wohl vor 309 zu stellen.

Die zum Teil unverständlichen Verse entbehren oft des Zusammenhanges und lassen darum in dem Verfasser einen noch wenig geübten Schriftsteller vermuten. Nach v. 223 scheint er ein ungarischer Geistlicher zu sein, der drei Monate (v. 200) gefangen gewesen war und von den Tartaren unsägliche (v. 202) Qualen erlitten hatte. Jedenfalls hat die Gefangenschaft nebst anderen Gründen bei ihm einen grimmigen Hass gegen den Kaiser erzeugt, so dass er ihm den Tod wünscht (v. 306). Da hiernach Friedrich II. noch am Leben ist und der Tod des Gegenkönigs Heinrich von Thüringen (v. 299 f.) erwähnt wird, so ergibt sich für die Abfassung dieser Verse die Zeit von 1247—1250.

Als Form wählte der Dichter die Vagantenzeile, die er aber nicht in Strophen zu 4 Zeilen anordnete.

Eine Anzahl Verse unseres Gedichtes, darunter die mit den Akrostichen *Innocentius* und *Fridericus*<sup>1</sup> und *Versteile*<sup>2</sup> finden sich in einem kurz nach 1268 verfassten chronikartigen Gedicht v. 499—502. 539—557, das Wattenbach MG. SS. XXV, 350—368 herausgegeben hat und einem österreichischen Geistlichen zuschreiben möchte, obwohl darin Ungarn besonders berücksichtigt ist<sup>3</sup>. Die einfachste Erklärung dieser Erscheinung erhalten wir durch die Annahme, dass beide Gedichte vom gleichen Verfasser stammen; der Zeit nach ist das recht wohl möglich, da der Verfasser der Chronik (v. 14 f.) von sich sagt:

*Gesta, que temporibus meis scio vere,  
Quinque lustris antea michi notuere.*

Wenn er mit seiner Erzählung um 100 Jahre rückwärts zu beginnen beabsichtigt, so werden wir uns ihn zur Zeit der Abfassung dieser Chronik als bejahrten Mann vorstellen dürfen, der an den Ereignissen der vierziger Jahre im ersten Mannesalter hatte teilnehmen können.

Zwar weicht der Bau seiner Vagantenzeilen in einem wichtigen Punkte von denen unserer Satire ab: In ihren 311 Versen findet sich nur ein Hiatus: v. 19: '*quisque indagare*'<sup>4</sup>, während in der Chronik zahlreiche Hiäte, nicht

1) V. 3—9, 13 = 539—546, 549; 50—52, 54, 55 = 550—552, 554, 555; 78—80 = 499—502. 2) Z. B. '*Vanitates hauriunt*': 37 = 311; '*nares perforavit*': 57 = 709; '*probra cumulavit*': 54, 235 = 226, 644; '*laudum titulis*': 59 = 366, 484; '*Post hec anno tercio*': 89 = 497, 609; '*celis coronatur*': 104 = 260; '*mire tranquillatur*': 217 = 375, u. a. 3) Wattenbach, Deutschl. GQ.<sup>6</sup> II, 482. 4) V. 44: '*Nam ut*'; v. 216: '*nam ecclesie*' sind für diese Zeit keine Hiäte; vgl. W. Meyer, Ges. Abh. z. mittellat. Rythmik I, 121 und 189.

nur in der Caesur, sondern auch im Versinnern, vorkommen. In der Satire sind die Zeilen nach gewöhnlicher Art ohne Silbenzusatz gebaut; der Chronist gestattet sich nach deutscher Weise<sup>1</sup> in der ersten wie zweiten Vershälfte oft Silbenzusatz, wovon indessen mehrere Fälle durch den Gebrauch von Eigennamen entschuldigt werden: v. 33: 'Con | súltum fidum, strennum'; 204: 'Ob | édiam dum vixero'; 354: 'Pa | rísius paratur'<sup>2</sup>; die zwei Versanfänge der Chronik: v. 90: 'Fame languet, ferro squallet', ... 203: 'Siste pedem! stemus simul' ...

entsprechen eher dem Bau des trochäischen Tetrameters, stimmen aber kaum noch zum Rythmus der Vagantenzeile<sup>3</sup>. In Bezug auf Taktwechsel in den Anfangswörtern der Vershälften findet nur ein quantitativer Unterschied statt. In den satirischen Versen zeigt er sich etwas seltener, aber fast nur in der bei den bessern Dichtern wenig geläufigen Form eines dreisilbigen Wortes<sup>4</sup>: 46 'Ingrátos erudiens'; 126: 'Persónis ecclesias'; und besonders in der zweiten Vershälfte<sup>5</sup> 44: 'corrúmpit fermentum'; 153: 'sinístro notatur'; 163: 'colúmbae pallore'; 264: 'capáces peccati'. Nur einmal finden wir den beim Taktwechsel verpönten 'daktylischen' Wortschluss<sup>6</sup> 272: 'Tragédias, nenias', der sich durch Umstellung beseitigen liesse.

Statt zuzugeben, dass der Chronist die Satire geplündert habe<sup>7</sup>, ziehe ich es vor, für die beiden Gedichte denselben Verfasser anzunehmen und die Verschiedenheiten im Versbau dadurch zu erklären, dass sich der Dichter über die strengeren Vorschriften, die er in seinem früheren Werke befolgte, im Laufe der 20 Jahre, um welche die Chronik später verfasst ist, vielleicht unter dem Einflusse anderer Vorbilder, hinweggesetzt habe.

5) fol. 58<sup>v</sup> I<sup>19</sup> — 62<sup>v</sup> I<sup>10</sup>: am Rande: 'Incipit liber Winrici'.

1) Vgl. W. Meyer a. a. O. I, 250 ff. 2) Einzelne könnte man leicht beseitigen, z. B. durch Streichung von 'quae' v. 91; 'vel' 94; 'hoc' 702; 'super' 199. Auch sonst scheint der Text noch hier und da der Besserung fähig zu sein: 241 'it' für 'ivit'; 301 'volunt' für 'voluit'; 684 'precio parari' für 'precioque, parari'; 838 'Cum pro patris filius culpa iudicatur'. 3) Sie weichen auch etwas von der achtsilbigen Vershälfte ab, die W. Meyer a. a. O. I, 252 aus Hugo von Trimberg anführt. 4) Vgl. W. Meyer a. a. O. I, 263. 5) Angehängtes '-que' verursacht keinen Taktwechsel; vgl. W. Meyer a. a. O. I, 261; also 137: 'véraxque signatur'; 194 'átroxque vorator' u. s. w. 6) Vgl. W. Meyer a. a. O. I, 265. 7) Die Annahme einer gemeinsamen Quelle würde nur die Uebereinstimmung in den akrostichischen Versen zu erklären vermögen, für die übrigen Versteile kann sie nicht genügen.

Die Interlocutores sind am Rande durch ·O· und ·L· oder, wo diese fehlen, durch § kenntlich gemacht.

Tempore quo campi linum solet herba vocari  
766 Verse<sup>1</sup>. Schluss: . . . hoc statuunt.

Dazu ein Epilog von 11 Versen:

Tu, cuius mores sapientia provida rerum  
Lenimenta mali nobis servavit in ista  
Tempora perfidie, de culmine pontificatus  
Contra nequicias semper pater Udo reclamans  
Ecclesie fures vigil indefessus agebas,  
Cum nos securos te propugnante libebat  
Talibus interdum tua flectere seria ludis,  
Vive, precor; nam te divinis preside rebus  
Vindice non virtus, et non dolus hoste carebit.  
Nunc (lies: Hunc) ad pontificem Belgarum scripsit Udonem  
Librum Winricus, doctor et ipse domus.

Gedruckt als Werk des Hermannus Contractus von Haupt in seiner Zeitschr. f. deutsch. Alterth. XI, 215—238 nach den beiden schon Mone bekannten Hss. in Brüssel und Lambach. Die von Haupt unbedenklich angenommene Autorangabe des Anonymus Mellicensis c. 91 (Ausg. v. Ettlinger p. 85) wurde von Wattenbach (Deutschlands GQ.<sup>6</sup> II, 44) und Dümmler mit schwerwiegenden Gründen bekämpft; der schwäbische Ursprung wurde neuerdings von F. Keutgen verteidigt (s. N. A. XXVIII, 788). Wattenbachs richtiges Urteil (s. auch Müllenbach, Comoediae elegiacae I, 42 f.) erfährt durch die Angabe unserer Hs. die verdiente Bestätigung. Winricus ist bekannt als Verfasser einer Schrift in dem Streit zwischen Kaiser und Papst (MG. Libelli de lite I. 284—299); er wird wohl mit Recht von L. Traube (MG. Poetae III, 153. — Libelli de lite III, 730. — Krit. Jahresber. über die Fortschritte der roman. Philol. — Vollmöller III, 57, N. 194) in Beziehung gebracht zu dem Schulmeistergedicht eines Winricus, das F. X. Kraus herausgegeben hat (Jahrbücher des Ver. von Alterthumsfreunden im Rheinlande L/LI, 237—247). Die Zeit des Streitgedichtes wird einigermassen durch die Person Udo's bestimmt, der c. 1066—1078 den erzbischöflichen Stuhl von Trier inne hatte. Winricus wird sich durch dieses Gedicht dem neuen Herrn empfohlen haben. Die Hs. scheint nach einer nicht ganz

---

1) Es fehlen v. 335—338; 710.

lückenlosen Vorlage geschrieben zu sein, doch bietet sie neben wertlosen Varianten wertvolle Besserungen zu Haupts Text<sup>1</sup>.

6) fol. 62<sup>v</sup> I<sup>12</sup> — 62<sup>v</sup> II<sup>49</sup>: Den Rest der Seite füllte ein etwas späterer Schreiber mit kleinen, meist religiösen Stücken, von denen vielleicht das erste als Klage eines Weltgeistlichen über Beeinträchtigung durch die Dominikaner (Iacobitae) einige Beachtung verdient:

- |    |                        |                                |
|----|------------------------|--------------------------------|
|    | Matris ad instinctus   | Iacob (h)edi tegmine cinctus   |
|    | Subdolus elusit        | Ysaac Esauque retrusit.        |
|    | § Tunc Esau planxit    | seseque doloribus anxit,       |
|    | Inque suis donis       | Iacob est prodicionis.         |
| 5  | § Denique per questus  | variasque preces ita mestus    |
|    | Cor patris affixit,    | quod ei miserens benedixit.    |
|    | § O pater! hec bella   | patimur nos turba misella:     |
|    | Nos Iacob exagitat     | et se nostris male ditat;      |
|    | Nos Iacob ede fugat,   | patris ut solus bona sugat;    |
| 10 | Nos exheredat          | Iacob, ut sibi portio cedat.   |
|    | § Ex Esau dandis       | Iacob est benedictio grandis:  |
|    | Nos Esau flemus        | et rapte pacis egemus.         |
|    | § Exheredati           | sic pauperieque gravati        |
|    | Cum fletu gemimus,     | pater! ad te, sancte, venimus, |
| 15 | Ex Ysaac more          | patris ut movearis amore       |
|    | Et per apostolicas     | nos dando manus benedicas.     |
|    | § Dans nobis benedic,  | melius loquor et proprie sic,  |
|    | Adquisitivus           | quia dicitur esse dativus.     |
|    | § Cur plenus misero    | renuis dare paucula clero?     |
| 20 | In gremium Christi,    | que das miseris, posuisti.     |
|    | § Quos Iacob appellem, | fortassis dicere vellem;       |
|    | Sed malo cleri         | pacem quam bella mereri.       |

Worauf sich die neben dem letzten Verse stehende Zuschrift von anderer Hand: 'Phylippus G' bezieht, ist unklar.

---

1) Die von Wattenbach GQ.<sup>6</sup> II, 44, N. 3 vorgeschlagenen Aenderungen werden durch sie bestätigt; 320: 'ante trunum dicit pagina sacra dei, 323 'balantibus', 372 'nolis', 460 'hec', 481 'plebi', 639 'de celo', 703 'nostro', 706 'potes', 736 'fassa', 763 'pecus'.